



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

Non esse fastidiendam uxorem, p[ro]pter sterilitate[m] c. xxiii

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

& importunis quandoq; zelus, & amor est improbandus: is maxime q; inducat seruitutē, & præpostere subiciat uxori maritum, atq; efficiat eum ex dño uile mancipium. Porro lege, ac moribus gentium, naturaq; factum est, ut ubiq; uiri mulieribus præsent: quæ est ergo infantia tã puerua ultro eis sese summittere? Aliter. n. statuit dñs in principio creatiōis, q; dixit mulieri. In dolere paries filios, & sub uiri p̄tate eris, et ipse dñabitur tui. Vir igitur quū caput sit mulieris agere dñm debet nō seruum: nec rursus tñ tyrannū, sed principē. Præsidetis q̄dem uxori, et filiis, nō ut seruis, sed liberis, filiis uero ēt regiē, at uxori aliquāto summissus: nā sicut nō decet uirū effici seruum uxori, pari quoq; rōne non licet ei uxorē h̄re pro serua. Apud Persas, oēs habebātur regis serui, quacūq; dignitate pollerent, p̄ter uxorē, q; cōpar, et consors regni dicebatur esse, non regis serua. Esse itaq; oportet in societate matrimonii, penes uirū auctoritatē, penes uxorē timorē, et reuerentiā: penes utrosq; amorē concordia, charitatē, mutuamq; dilectionē: ita ut uxor reuereatur maritū, ut dñm. amet, ut fratrem pareat, ut maiori: maritus uero uxorē regat, ut subditā: honoret, ut cōparē, cōsulat, ut cōsortem, diligat, ut sororē, utatur, fruatur deniq; ut uxore.

Gen. 3.

Nō esse fastidiendā uxorē p̄pter sterilitatē. Ca. XXIII.

**N**on decet ēt si q; forte uxorē sterilem fortitus sit, ita id ferre moleste, ut fœde p̄pterea aliūde liberos sibi q̄rēdos putet: sed poti⁹ equanimiter tolerare debet, nec tã de habēdis liberis (ut Socrates sapienter admonuit) q; de difficultatib⁹ educādi poti⁹ cogitare. Non est. n. q; quisq; tãtopere quoquomodo flegret h̄re liberos: nec ut tantū faciat se effici p̄rem: ut obliuiscat se esse Christianā, et Christianis legib⁹ uiuere: q; sane multis faciunt in matrimoniis fidem, q; prolem, et pudicitiam q; propagationem: quorum alter in arbitrio, et in

## DE PVDICITIA MATRIMONII

uoluntate quidem coniugum est, alterum uero in solius  
 Dei iussu, & potestate consistit. Sicut, n. furtum faciendū  
 non est, ut pauperibus dones: ita pari ratione non est co-  
 mittendū adulterium, ut accumules prolem. Vnde bea-  
 tus Augustinus dicit, q̄ sicut sanctius est mori fame, q̄  
 idoloticis uesci: ita sanctius esse defungi sine liberis, q̄ ex  
 illicito coitu stirpem quærere, quam dare siquidē, et eri-  
 pere liberos, Dei summi sit non uxoris, aut uiri: & prople-  
 rea moderate ferendum, atq; cœlesti consilio id totum  
 ascribendum: cui maxime nefarium est uelle repugnare.  
 Sed & apud Romanos Corbilius quidam sua ætate se-  
 nator illustris, eo q̄ propter sterilitatem repudiasset uxore  
 habitus est infamis, maximōq; tum publice: tū pri-  
 uatim affectus probro: quoniam & apud gētiles conari  
 quicquam contra fidem matrimonii tam prolis quam  
 uoluptatis causa, turpissimum habebatur. Fides ergo in  
 matrimoniis fœcunditati longe præstare debet, ac esse  
 prole potior: ita ut non possit salua pietate uxor cōtem-  
 ni, propter sterilitate: & spurce, & fœde loco eius haberi  
 pellex propter fœcunditatem.

Non abesse ab infœcundis nuptiis suum etiam  
 commodum. Cap. XXV.

**H**abet suum etiam bonum sterilitas matrimoni  
 licet spe posteritatis, & liberorum fruge careat:  
 ut pote quæ reddat uxorem mitem, morigeram  
 atq; ancillantem uiro. Vxor, n. eum quem mutuis filiorū  
 pignoribus non deuincit, eum sibi placidis moribus, &  
 charitate mutua asserere, atq; uendicare contendit. Con-  
 tra uero quæ fœcunda est, gloria prolis elata insolētior  
 effici solet, ac sæpe contemptui habere ob id maritum.  
 Sed nec illud uideri debet paruum commodum sterili-  
 tatis, neq; in postremis habendum: q̄ eiusmodi uiri nun-  
 quam pascunt filios alienos pro suis, sicut nec suos: quā